



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

Dissertatio Pro Prima Die. De vera hominis felicitate & infelicitate in hac  
vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

De vera hominis felicitate & infelicitate in hac vita.

Dissertationem nomino, sequentis argumenti discussionem, qua Prima hac Die servare debet pro lectione, circa quam, qui obit Exercitia, sedulo occupetur; complectitur enim fructum, quem ex omnibus hujus Diei Meditationibus colligere oportet. Fac, ut animo illam legas pacato, & otiosè degustes.

I. Supremum hominis Bonum Divinæ Essentiæ intuitio est; æterna autem damnatio extremum ejusdem malum est. Sed & Malum & Bonum hoc præsentis vitæ non convenit, sunt enim geminæ veluti Æternitates, quarum una sit felicissima, altera omnibus vitæ hujus calamitatibus miserabilior. Hæc autem, quam morte finiemus, vita nostra iter quoddam est, quod, in quam denique Æternitatem desinat, arbitrij nostri est. Quod si igitur Peregrini felicitas in eo sita est, ut magnis passibus quotidie in itinere suo pergat, & propior continuò fiat amabilissimæ Patriæ; in eo sanè Viatoris hominis felicitas consistat necesse est, ut ad felicissimam Æternitatem beato, neque interrupto cur-

cursu festinet : id quod alia ratione cum non  
 fiat, nisi exequendo, quod DEVS ad tam pre-  
 tiosi præmij meritum exigit, illud tandem pe-  
 regrinantis ad supernam Patriam animæ verum  
 Bonum erit, ut integrè, quidquid laborum pro  
 mercede tam nobili DEVS postulat, conetur  
 implere ; non autem aliud est, quod imperat  
 DEVS, quàm ut seruiatur ipsi : ergo qui inte-  
 grè hoc curat exequi, summum, quod in hac  
 quidem vita obtineri potest, Bonum jam posse-  
 det : quòd si jam, quæ beatissimæ hujus servito-  
 ris natura sit, disquires, in eo deprehendes il-  
 lam consistere, ut ex DEI tui sanctissima volun-  
 tate vitam omnem instituas, & non contentus  
 vulgari probitate ad summum virtutis Christia-  
 næ apicem studeas eniti ; ex quibus omnibus  
 hoc tandem concludes, illum supremo, quo  
 ad hæc quidem vita capax est, Bonò frui, qui  
 suprema virtutum culmina attigit, & quoti-  
 dianis in perfectione progressibus ad æternam  
 patriam festinat.

Ita cum exploratum jam sit, quænam veritas  
 in hac vita Boni sit indoles, difficile non erit in-  
 telligere, in quo veri itidem mali consistat ra-  
 tio. Malum est boni carentia ; hæc verò sicut  
 diversis omnino modis potest accidere, ita fa-  
 cit, ut diversæ malorum nascantur species. Hi-  
 potest

porro duabus potissimū classibus continentur. Una malum illud continet, quod simplex quædam quasi privatio est illius in spiritu profectus, quem facere potuisset anima, nisi segnior in virtutis exercitio fuisset. Altera non ita nudè tantum remouet perfectionem hominis, sed quamdam potiùs contrarietatem, & positivam nescio quam cum illa oppositionem complectitur. Simplex illa boni privatio non est, nisi perfectionis neglectus aliquis, neque plus officit, quàm quòd progressum impediatur. Altera verò boni exclusio, quæ contrariis quasi contra integritatem viribus nititur, tunc contingit, cum homo contra perfectionis Christianæ Leges reverà: delinquit aliquid, & hoc mali genere non impeditur tantum Religiosæ Virtutis profectus, sed contrario quodam motu retrò quasi pellitur. Et hinc simplex Boni carentia non est, nisi quædam animæ Imperfectio, ex eo contracta, quòd omittatur aliquid, non præceptum illud quidem, ejus tamen præstantiæ, ut propagandæ Divinæ Gloriæ servire aptum sit; positiva verò Boni remotio DEI offensam aliquam involuit, contrariam benevolæ DEI erga nos Voluntati, & Divinarum ejus Legum Imperio adversantem. Quoties enim non responderetur Divinis monitis, & desiderijs,

derijs; que de sanctitate nostra iustissime Creator noster concipit, malum quidem aliquod, sed quod imperfectionem non superet, contrahitur; cum verò rebellis animus aliquid Divinis mandatis contrarium designat, jam peccati reus fit. Duplex ergo viti Boni carentia, quæ tam desideratam Divinæ Majestati sanctificationem nostram impedit, vel imperfectio, vel peccatum est.

Jam verò discrimen aliquod, quod ad rem nostram facit aptissime, & hæc inter malorum genera intercedit, non negligendum est. Id autem est ejusmodi. Imperfectio plus aliquid detrimenti auctori suo non affert, quàm quod virtutis profectum impedit, illudque Divinæ gratiæ augmentum, quod omissi segniter operis merces fuisset. Peccatum verò præter perniciositatem, quam progressui illi ponit, remoram, poenæ insuper obnoxium facit, & DEI contra discipulum indignationem irritat. Quò fit, ut peccatum longè nobis, quàm imperfectio nocere soleant, perniciosius sit, & inter ipsas etiam Divinæ offensas hoc intercedat discriminis, quòd unam alteram auctori suo plus damni consciscat, quàm severiorem DEI meretur indignationem. Sunt peccata, quæ usque adeo pestilentis sunt mortalitatis, ut cogant quodammodo infinitam Boni

rem ad solvendam, quam cum homine contra-  
xit, suavissimam amicitiam, ad expungendum  
ex beato illo Coelitem albo peccantis nomen,  
& ad Odium denique, quô rebellem animam  
aeternis addicit ignibus. Et ea quidem, quæ hos  
pariunt effectus, *Mortalia* dicuntur. Alia sunt,  
quæ minùs quidem nociva sunt, quòd illa non  
tam implacabili odio detestetur DEUS, ut idcir-  
co cœlestis patriæ nobis aditum oclusum ve-  
lit, tantum nihilominus habent mali, ut offen-  
datur illis DEUS, & aliquod nostrî veluti fa-  
stidium Divinam in mentem inducant, irrita-  
tam scilicet contemptu Legum suarum, etiam  
levissimò. Et hæc *Venialia* dicuntur, quia ne-  
que Divinâ nos exuunt gratiâ, neque jure,  
quod illa ad aeternæ gloriæ hæreditatem tri-  
buit, nos spoliant; sed aliquem adhuc veniæ lo-  
cum relinquunt, obtinendum Sancti alicujus  
operis beneficio, neque virtutem aetibus nostris  
meritoriam eripiunt, quâ augere gratiam va-  
lemus, & gloriam. Quæ omnia ejusmodi  
quidem sunt, ut minùs ista homini pernicio-  
sint, quàm quæ occidunt animam, cùmque ne-  
que suam homini felicitatem, ad quam est con-  
ditus, eripiant, neque virtutem augendi, quam  
primò quis adeptus est, gratiam & Beatitudi-  
nem, quam rem utramque mortalis offensa

uno velut ictu conficit: nihilominus utcumque parum secum afferant jacturae, peiora tamen sunt, quam ulla sit imperfectio, idque non una ob causam. Suprema est, quod ijs offendit Majestas DEI Infinita parcius sui copiam soleat facere, quem tali navo reperit aspersum atque ita, cum auxiliatrices illae gratiae rariorum ejusmodi tepido hominum generi indulgentius remittere infelix in virtutum exercitio incipit & pronius in dies ad malum fit. Quae causa quod ex venialibus peccatis tam facilis in graviora lapsus sit, & quod pro varia subtractione auxiliorum ratione maximum in ipsa peccatorum venialia discrimen inducatur, cum non sit major jactura, quam facit, qui peccat, quam Divinorum horum influxuum; ut adeo, quod contrarium est, ultimum est, ille faciat, qui ut primum ipsum se esse deprehendit, nihil curat studio quam ut extinguat illico, quam contraxit, ad tunc culam; ut, quem peccato nostro stitimus, omnium Divinarum gratiarum torrens, ille felicitissimus denuo prosequatur, nobisque benigniorum ut antea, influat.

En igitur, mi bone Lector, tria malorum, a me qua quidem merito hoc nomen cadat, generum Primum imperfectiones continet, alterum venialia peccata, postremum, & malorum maximum.

imum, mortalia complectitur; ut inter se differant, in hoc omnia consentiunt, quod vero hominis Bono, Exercitio putâ Virtutis, & rerum illarum omnium, quæ DEO placent, integerrimæ exercitationi sint opposita.

Quantum ad illa, quæ neque sancta ex genere suo, neque inhonesta sunt, neque in Bonorum neque in Malorum classe, si rem exactè consideremus, ponenda sunt; etsi quædam illarum rerum vel consentaneæ admodum humano genio, vel ejusdem innatis desiderijs sint adversæ. Est enim vulgi hic error, quò illis rebus *Boni* nomenclationem indulget, quæ naturæ jucunda sunt, mala verò putât, quæ eidem sunt aspera: tenenda est certa sanctæ fidei nostræ sententia, quæ *Boni* pulcherrimo nomine nihil dignatur aliud, quàm DEI in futura, quam speramus, vitâ possessionem, & animi ad tantam felicitatem, præviam in hac vita generosam dispositionem, factam per pretiosa gratiæ Divinæ lucra, conquistata illorum operum pretio, quibus DEI, à nobis exigentis, beneplacitum & approbatio præstantiam suam conciliat. *Mali* verò exoso nomine, si Eiusdem fidei sequamur axiomata, nihil omnino alterum damnabimus, præter unicam DEI supremi, & omnium Principii Boni nostri omnibus bonis formidabilissimam jacturam.

II. Ma-



II. Manifestum igitur ex haecenus allat  
 fit, verum hominis, quamdiu mortalis est, Be  
 num, Malumque in actibus ejusdem liberis, Be  
 mi que diversis affectibus consistere, quibus vel  
 ti passibus quibusdam, vel propius ad finem  
 um accedit, vel ita cunctatur, ut neque pro  
 prior ei fiat, neque retrò ab eodem abeat, et  
 denique ita à recto virtutis tramite declinet,  
 longius à fine suo infelix viator abeat, vel  
 vius, pro affectuum, quibus ita accedit, recedat  
 que, varietate. Et Bonis quidem sanctis  
 actibus propinquior fit fini suo; *Indifferen*  
*tes* ita quasi suspendunt gressum, ut neque propius  
 pius authorem suum fini ultimo admoveant, jam  
 neque removeant ab illo; *Venialia* eò jam pro  
 dunt malitiæ, ut jam remotiorem ab obtinenda  
 Beatitudine hominẽ faciant; *Mortalia* deum  
 penitus abducunt, exturbantque miserabilem  
 omni Salutis viã. Ita affectus humani  
 dis Duces ad Salutem fiunt: quin imò solus  
 affectuum omnium supremus, *Amor*, qui in  
 gignit in corde suo Viator Homo, vel Bonum  
 huic parenti suo, vel Malum omne parit. Bonum  
 felicitat hominem, dum cum DEO suo  
 conjungit, meliôrque fit, quò Unio tantum  
 est arctior, & Divinæ, quam hæc secum omni  
 gratiæ incrementum est cumulatius.

verò est, & pestis homini perniciosissima, si  
DEUM, & Hujus gratiam, vel Sanctifican-  
tem, vel auxiliatricem eripit, tantòque  
fit perniciosior, quò detestabilius malum est  
DEI ab homine separatio, gratiæque, quam  
grave peccatum inducit, incomparabilis ja-  
ctura.

Amor ergo, cujus auctor ipse homo est, opta-  
bilissimum hominis bonum est, si cum DEO  
se conjungit. Idem verò malus est homini,  
quando ita affectum ad indifferentia abripit, ut  
sanctos illos mentis Religiosæ motus impediat,  
quibus in DEUM totus raperetur, nisi varios  
jam Spiritus noxio torpore adstrinxisset. Plus  
tamen affert idem amor detrimenti, si ad co-  
rum aliquid inducit amplectendum, quæ, cum  
Supremi Legislatoris nostri placitò sint prohi-  
bita, placere nobis non possunt, quin unâ  
mentem vulnerent, & gratiarum coelestium  
fluxui perniciosum ponant obicem. Exitia-  
lis verò est, quando eò hominem abripit, ut  
amaretur, quod amari noluit DEUS, intentans  
vindices vetiti amoris æternos Ignes. Tunc  
enim jus omne Divinæ Gratix, quod ad Beati-  
tudinem æternam adeptus est, extinguitur, &  
omne ferè præsidium Divini favoris, & adju-  
vantis gratiæ tollitur, quod amicis suis tam li-  
bera-

beraliter impendit DEUS, & quoniam tandem pactò æterni supplicij reum se constituit infelix peccator, ideo majus Viatoris animo malum accidere non potest, quàm quò tantæ infelicitatis causa est.

Cùm igitur amor, humanæ voluntatis partus, vel bona faciat, quæ agimus, & primo digna, vel mala & scelestæ, nòsque propiores summæ felicitati constituat, vel ea dimoveat, vel ne propiores saltem fiamus, stineat, prout in Bonum aliquod, vel malum fertur; manifestum est, primò, quòd amor, qui bonus nobis est, ita sit bonus, ut sit nobis nostræ Bonum unicum; quòdque omnis ille, qui ad alia nos abripit, affectus, malus ipso sit, & detestabilis, cùm optabile viatoris animæ nihil sit, quòd illam DEO suo non jungit, qualis est omnis ille voluntatis motus, qui vel procul abire hominem à fine facit, vel saltem quò ita retinemur, ut non sequamur inceptos cursus. Nempe in præteritæ leges non mediocriter delinquit ille, qui bonorum ponit numerò, ex quibus detrimentum plus in nos, quàm fructuum proficiscitur, malorum exosam classem procul ablegabit, talia quisquis sapit. Ita prorsus de creaturis, earumque inconsulto amore, quò in

UM non rapimur, judicandum est; pro momentaneâ voluptate jacturam infinitæ felicitatis nobis invehunt; quis ergo perniciosas non judicet, cum solida veri & unius Boni ratio in eo sistat, ut placere DEO, Ejusque sanctissimam voluntatem implere ex integro studeamus.

Porro jam ex dictis deducitur, quod veluti inæquali familiaritate DEO conjungimur illorum affectuum beneficio, quibus rectè amamus; quibus verò vetita amplectimur, non æquali nos diffidio à DEO abripiunt, sed variâ omnino, prout est amorum ejusmodi diversitas, ratione; sic etiam inter ipsa hominis Bona magna intercedat inæqualitas, unumque idcirco altero sit melius. Meliora sunt, quæ præferri merentur aliis, quia cum magis DEO sint placita, majus secum afferunt incrementum Gratia, certiusque excellentis Gloriæ pignus sunt. Non dispari ratione etiam inter mala hominis discrimen est, unumque pejus altero esse experimur. Pejora sunt, quæ detestari debemus acerbius, quia cum indignationem DEI merentur vehementiorem, graviores ejusdem offensæ sunt, hominemque Divinâ Amicitia indigniorem, severiorisque supplicij reum faciunt. Et hinc extremum hominis malum est, si enormibus peccatis sese implicat; ad horrendas vin-

vindicis DEI poenas hi tales cursu ruunt effu-  
 fimo. Bona verò homini jucundissima sunt  
 actus virtutis excellentissimæ: nam volatu  
 perniciosissimo ad Gloriæ suprema fastigia ero-  
 lant. Quòd si enim ea passim consuetudo est  
 ut Bona dicamus, quæ Boni nobis causa sunt  
 Mala verò quæ damni quidpiam consciscunt  
 sanè, siquidem vera hominis felicitas in virtu-  
 tis amore sita est, negari non potest, quòd qui  
 quid ad perfectionem, & absolutissimæ virtu-  
 tis exercitium conducit, illud Bonum omnino  
 sit; unit enim nos cum DEO nostro, modò, quò  
 potest, optimò, dum, ut nos cum illo con-  
 gamur, efficit; sicut è contrario pro malo  
 bendum est, quidquid à DEO, ut separem  
 in causa est; quia malum est, quidquid, ut  
 mus malè, nos induxerit. Et proinde ipsa  
 fectio virtutis, & quidquid ad illam nos  
 movet, vera & unica hominis est felicitas.  
 perfectio verò, & peccatum, seu leve illud  
 grave sit, cum omni eo, quod ad ejusmodi  
 plus nos inducit, mala sunt, quæ unicè hoc  
 testabili nomine verè digna sunt. Alia nam  
 bona merentur, neque mala dici, neque alio  
 illa affectu ferri nos convenit, quàm quo  
 scam, centum à patria nostra leucis per  
 volantem prosequimur.

III. Unde addiscimus imprimis, quid amare nobis, quid cupere, quid jucundè possidere conveniat; quid item odisse, quid fugere, quid molestè pati sit integrum. Amare scilicet id unum expedit, in quo vera Boni solidissimi ratio habitat; id verò virtutis est exercitium, & quidquid ad hoc conducit. Odisse id unum licet, quod verè malum cum sit, non meretur affectum à nobis mitiorem: Imperfectiones dico, peccata, levia & mortifera, cum illis omnibus, quæ ad præcipitia isthæc viam sternunt.

Amemus igitur, memores nimirum, quòd, ut Coeli aliquando cives essemus, Creator noster nos produxerit; amemus non aliam habere curam, quàm quæ placere DEO possimus integerrimè. Amemus, memores Religionis nostræ, uti efficacissimis illis instrumentis, quibus Christi Sacrosancta fides ad hoc nos munit, ut lucra Divinæ gratiæ maxima faceremus. Amemus, memores Religiosæ, in quam DEUS nos adscivit, familiæ, quidquid Instituti legitimumque nostrarum à nobis ratio exigit: enitatur generosis passibus, ad quam nos invitat, sanctitatem, hoc est actibus illis, quibus præparari Divinam gloriam suam Creator noster considerat, quosque tanquam & gratiores Ipsi,

& nobis ad salutem nostram magis proficere offeremus. Amemus, memores ingentis illius beneficii, quo supremus Sacerdos noster inter Ecclesie suae Ministros nos recepit; amemus angelicam illam Sanctitatem, quam Ministerij tam digni indoles requirit: ita facite obeamus omnes Officij nostri actus, dignissime in conspectu Divinae Majestatis, ut quam gloriosi sunt DEO auctori, tam nobis ad gratiosos pretiosos quaestus sint proficui.

Abominemur verò jam, quidquid rebus amore nostro, ut explicatum est, tam digno quoquo modo adversatur. Abominemur ideo solùm, quia homines sumus, omnemque ejusmodi creaturam affectum, quæ felicitatem nostram impediret, & ad æternos ignes precipitaret stolidum amatorem. Abominemur quia Christiani sumus, neglectum omnemque tempusque, & sacrilegam profanationem Coelestium Divitiarum, quibus Christianam Religionem amavit Servator noster; quæ enim nos offensæ inexplicabilis faceret impius tantarum opum abusus. Abominemur quia Religiosi sumus, quidquid vanorum minus vanos mores & amores sapit. Extremam Vocationis nostræ gratiam hæc vagæ instabilitas, & in periculum insuper adducit

tantum mundanorum hominum superemus  
malitiam, quantum præ illis sanctitate debeba-  
mus excellere. Abominemur, quia inter Ecclesiæ  
sue Ministros adlegere nos DEUS voluit, om-  
nem in Divinis officijs, obsequiisque, quæ Su-  
premo Regi nostro exhibemus, teporem, negli-  
gentiam, impietatem: sicut enim, quæ agi-  
mus, sunt sanctissima, & cœlestium spirituum  
pulcherrimas occupationes quodammodo æ-  
mulantur, ita si profanare Sacrosancta hæc  
Ministeria non veremur, res est infinitò  
DEI odioso digna, & ejusmodi omnino, quæ nos  
infernæ spiritibus reddit similes. Amemus,  
amemus illa, hæc odio prosequamur implacabi-  
li. Quidquid amore hoc, vel hoc odio dignum  
non est, nihil sanè affectus meretur in utranvis  
partem, neque dominatum adeo ullum in  
voluntatem nostram, par est, ut exerceat. Et  
quæ adeo nihilominus frequens est humanæ  
mentis error, ut circa illa tam diversis sæpe  
motibus agatur, quæ nec amari digna sunt, ne-  
que odium merentur? Sanè cum in hoc, quàm  
latè patet, universo, præter hominem res om-  
nino nulla sit, quæ amat aliud, quàm quod  
bonum est, aut fugit aliud, quàm quod malum  
est, decens omnino erit, ad hoc deinceps obfir-  
mare animum, ne quid ametur porrò, nisi quod



bonum esse recta nobis ratio persuadet, odierimus verò nihil, nisi quod malum esse eodem rationis nostræ consilio deprehendimus; cætera tandem non curemus, quæ sunt ejusmodi, ut neque amore, neque odio digna sint.

Non inutile fuerit, si subsistas hic paulisper, bone Lector, & illa tecum repetas, quæ mentem efficacius tibi feriunt, affectumque sollicitant: sed ita id velim agas, ut singulorum, vel potissimum saltem, quæ amas, vel odisti, amorem aut odium, ad hanc de vero hominis Boni maloque regulam sic exigas, ut convictum tuè planè deprehendas. Serviet profectò hæc inflexio attentè facta ad solidiora de rebus judicium, & tollet perniciofa quædam principia, nimirum commentitijs, & vanissimis ideis, quibus miser delusi Bonum pro malo, malum pro Bono improvidi emptores toties amplectimur.

IV. Sed & hoc discamus, quanto vel amore vel odium in rem quamque pondere ferri debeat. Si rationis ductum, ut par est, sequimur, pro boni malive inæquali mensurâ, intensius remissiusve amare aut odisse quidpiam convenit. Cùm ergo vera boni ratio, quæ creaturis inchoat, potest, ex eo sumenda sit, quòd admoveat aliquid nos fini nostro, mali verò, quòd ab eodem dimoveat: æquum est, ut, prout conjungit

felicitati nostræ propiùs, vel abstrahit longiùs, ita eam amplectamur arctiùs, vel severiùs detestemur. Proinde sicut omnium amorum ille nobilissimus est ex indole sua, nobisque ad felicitatem nostram utilissimus, qui & in rem fertur excellentissimam, & ex motivo sublimissimo, & in gradu intensissimo, & quoad tempus, quod durat, longissimus est; ita solus hic est, quem excitare in nobis studiosissimè, frequentissimè, & expediret, quin imò, si id vires nostræ paterentur, ut vita omnis non esset, nisi amoris hujusmodi pretiosa repetitio.

Quidni igitur Charitati illi, virtutum reginæ, & animæ Sanctorum operum totos nos impendimus? Ex ejus sanè motivo quisquis agit, pretium actionibus suis conciliat, quo eligi quæstuosius, nobiliùsque non potest. Metam affectuum nostrorum habemus pulcherrimam, si, quidquid agimus, ita in DEI Optimi Maximi venerationem relatum cupimus; quò ut referantur omnia, Perfectio tum Religiosa postulat, tum aliæ, quæ Divinam Majestatem proximè respiciunt, virtutes. Studeamus hisce actibus, quàm possumus impensissimè, iisque mentem & voluntatem nostram, quoad fas quidem erit, occupemus assiduè, & colligamus hanc amandi industriâ opes coram oculis DEI, soli

DEO pro meritis & æstimabiles & numerabiles. Et cum hi tam sancti amores saturitatem vel aliquod suū fastidium creare neque possint, neque debeant, hoc nobis incumbet officij, ut exercitij tam præstantis occasiones ultro versemur frequentissimas, nunquam contenti ulli actuum pulcherrimorum numero, nunquam saturari ullo bonorum, quæ secum ferunt, cumulo.

Sanè Mercatorum imitemur hîc avaritiam vel ambitionem Aulicorum hominum, quorum illa nullis opibus, ista honoribus nullis ad fastidium impletur. Anhelant semper, & indefessis cursibus bonum illud, quod desiderant, sequuntur, efficaci ad nos exemplo, quod imitari indecorum est, si finem nostrum ultimum pro cum illis fervore prosequamur, pari fugiamus industriâ, quidquid ab hoc assequendo nos impedit. Caveamus sanè imperfectiones, quidquid offensarum est, quibus irritus DEUS; sicut vel Mercator fures, vel æmulus ambitiosus detestatur, eâ salutaris, ut putat, vehementiâ, ut neque disquirat secum, vel beret de affectûs æquitate, sed primam hostem qui occurrit fortè animo, imaginem prius excreetur, quàm objectam sibi sentiat. Itaque rere debes, quidquid à DEO tuo te separat.

verò & ex avari hominis affectibus licebit  
discere, quis tibi animus in illarum rerum usu  
esse debeat, quæ neque bonæ reverà, neque malæ  
sunt. Homo avarus toto animi impetu fer-  
tur in lucrum. Unde quidquid ipsi offertur, aut  
in oculos incurrit, confestim subit cogitatio, an  
ejusmodi sit, ex quo aut sperare lucrum, aut ti-  
mere jacturam possit. Quòd si aliquid sit,  
quòd nec lucrum promittat, nec damnum infe-  
rat, illud pluris non facit, quàm prætervolan-  
tis muscæ, aut decidentis folij sonitum. Tan-  
tum abest, ut ea desideret, quæ nec præsentia  
prodesse, nec absentia nocere possunt.

Hunc in modum nostri quoque cordis sen-  
sus compositi esse debent circa ea, quæ nec cum  
DEO nos jungunt, nec ab ipsius amore nos  
avellunt.

V. Quis igitur fuit ad hoc usque temporis  
momentum meus in verum Bonum, & in ve-  
rum Malum affectus? Si Bonum meum sem-  
per pro merito dilexi, si Malum meum, quo de-  
cebat, odio habui, si cetera omnia, quæ nihil in  
alterutram partem possunt, generosè despexi,  
maximo profectò, mihi poterit esse solatio. Si  
verò ex adverso Bonum meum odio, si Malum  
meum amore, incautus rerum æstimator pro-  
secutus sum, si ijs curam affixi, quæ nullum  
emolu-

mentum afferre poterant, iingens sanè caufi  
subeft, ut pro erroris mei menturâ excitem po  
nitentis animi dolorem.

Ah me miserum! quòd jacturâ propriâ in  
per habitâ, ijs me rebus plerumque impende  
rim, quarum cura ne unquam me quidem tan  
gere debebat. Cur, obsecro, folicitè indago: an  
ifte in Italiâ, hic in Germaniâ sedem fixerit? In  
utilia hæc sunt, & desiderijs meis indigna. Illud  
potius curandum est, ut quanto possum studio  
Bonum meum in omnibus quæram, nec mi  
patiar fallaci rerum umbrâ abripi, & in uti libe  
ideis distineri. Attollendus est in cœlum an  
mus, & omnes actus mei ad majorem Con  
toris nostri gloriam dirigendi; conquirenda  
mihi sunt æternæ Salutis adjumenta, quæ liber  
li providentiâ Sancta Mater Ecclesia paraca  
bet; subigendi indomitæ naturæ motus,  
componenda constanti studio ad sacri Instit  
mei normam vita; applicandus denique om  
conatu animus, ad obeunda Sacerdotalis Min  
sterij munia; nec aliud quærendum commo  
dum, quàm quod ex suavissima cum DEO  
miliaritate capi potest. Statuamus igitur, ma  
jorem deinceps nostri curam gerere, & ab in  
illorum sollicitudine longissimè recedere, qu  
mentes hucusque nostras miserè, & absque

*Dissertatio. De vera hominis felicitate.* 105  
Et lancinârunt. Quæramus verum Bonum,  
& quò oportet, quæramus studiò, ac labore.

VI. ANNOTATIO,

Materia, & nexus Considerationum  
cujusque diei Exercitiorum.

U: Considerationes alijs singularum &c.

VII. ANNOTATIO,

Modus, quo Considerationes fieri  
debent.

Elevandus ante omnia est ad DEUM ani-  
mus &c.

